



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Cogitat Parisios. 87

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Certe desiderio accensum, ad so-
 cios scribendos impulit; qui cum
 ipso vniuersi in subsidiis essent,
 dum ad communem laborantis
 mundi opē ducerentur. 87 Inde
 par increuit cupiditas Lutetiam
 ire urbem Parisiorū à litteris ap-
 primè celebrem, & Musarum ve-
 tustissimam sedem: idque confi-
 lium quā constantiā cepit, ita re-
 tinuit, vt obnitentibus multis, &
 immania damna prædicantibus,
 eripi tamen hanc sibi mentē nun-
 quam pateretur. Hi temporis ce-
 lique inclementiam proponere;
 hi loci hiemes, & anni frigora
 memorare: tum deinde funestum
 Gallos inter Hispanosq; bellum,
 & iam mutuis cladibus geri cæ-
 ptum: Rursus pericula, quibus
 itinera forēt septa, ostendere; ad-
 ductis compluribus barbareꝝ cru-
 delitatis exemplis, quæ in viato-
 res nuper edita ferebantur. Ad
 quæ

qua
 ter
 do
 tur
 lis
 rib
 hæc
 tra
 no
 col
 88
 stuc
 nisi
 Igit
 ma
 inc
 reti
 ope
 Vbi
 vel
 mag
 loci
 testi
 per

quæ omnia IGNA TIVS, quàm in-
territus esset, vultu præ se tulit;
doctus, si quò diuinitus mittere-
tur, pacem inter arma, in pericu-
lis securitatem, ipsiſq; sub labo-
ribus otium sperare. Secundum
hæc cum bono Deo in Galliam
transiit, itinere pedestri atq; an-
no MD. ID. XXVIII. Parisios in-
columis peruenit.

88 Iam alibi senserat, properatas
studiorũ spes secus euenisse, nec,
nisi nouo incepto, corrigi posse.
Igitur Parisijs prius institit ad hu-
maniores litteras per biennium
incũbere, quã grauioribus initia-
retur; Tum deinde Philosophiæ
operã diligentẽ triennio nauare:
Vbi quidẽ p̄gressus fecit, quãtos
vel p̄ses ipse iudicauit, ad honorẽ
magistri petẽdũ idoneos. 89 Quẽ
locũ ille, quò luculẽtius doctrinẽ
testimoniũ ad ceteros iuuandos
perferret, non repudiauit. Post-